

que in Orchestra, sed in imis istis subsellis locum habere meruerimus, non ideo tamen ab incepto itinere desistemus. Potest enim non inconcinne huc referri quod in Oratore Cicero ait: Si quem aut natura sua, aut illa prestantis ingenii vis fortè defecit, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen eum cursum, quem poterit. Prima enim sequentem, honestum est in secundis, tertiusque consistere: Nam in Poetis non Homero soli locus est (ut de Gracis loquar) aut Archiloco, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Nec verò Aristotelem in Philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis, nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia ceterorum studia restrinxit.

Alacrior quoque ad hanc pugnam capessendam insurgo, quoniam audio etiam his ultimis annis librum quemdam sine Auctoris nomine pervulgatum esse, de his Indicarum dominationis

juribus plura tractantem, tunc cui titulus est, Mare liberum, cujus copiam hucusque nancisci non potui: nam in extremis istas mundi plagas raro similes libri perveniunt, & hujus nudinatio, & relectio per sanctæ Inquisitionis officium interdicta videntur, ut constat ex ultimo indice librorum prohibitorum anno 1612. pag. 77. Nimirum, quia ut à viro docto & pio, qui Hispaniæ ante prohibitionem illum legit, accepi, hæretici Auctoris manum & ingenium redolebat impie in Reges nostros, & quod gravius est, in Romanam Ecclesiam debacchantis. Pro accepta scilicet ejusmodi

49 Sectariorum invecundia, qui nullam veritatis, aut decori rationem in suis doctrinis asserendis & adstruendis habent, quidquid in buccam venit, affirmant, & contumelias & injurias magis quam rationibus certant, ut rectè observat Balrh. Chav. de not. vera relig. lib. 4. c. 2. ut planè ad eos pertinere illud Greg. Nazianz. in orat. 1. Veritatis doctrinam adulterant, omnibus assentantur, ventriloqui sanè, & vaniloqui, voluptatibus suis servientes, verbis à terra prolatis, & in terram presumentibus, ut max. man. apud vulgus gloriam, & nominis celebritatem consequantur.

50 Cui tunc postquam hunc nostrum typis eudendum tradidimus, plenè respondisse video, doctum pariter ac Reverendum Patrem D. Seraphinum Fratas Lusitanum in altero cui de justo Imperio Asiatico, titulum fecit, ubi Indiæ Orientalis navigationem, & conquestionem per Lusitanos factam erudite defendit, & nonnulla etiam breviter pungit, quæ ego lætus pro his nostris Occidentalibus disserueram, ut Lectori facillè ex utriusque tractationis collatione patebit.

Eumdem laborem, licet non ita serio, aggressus quoque videret alter novissimus Lusitanus, cui nomen Benedictus Egidius, in commentariis ad l. ex hoc jure, ff. de just. & jur. 1. part. cap. 3. ex n. 13. ad 32. sed neque hic nostrum usquequoque inutilem redet. Pergam igitur mactè animo, distinctis capitibus singulos titulos, qui mihi in hanc rem perpendi posse videntur trutinans, & exornans, obsoleto nitore, ut cum Plinio loquar, fastiditis gratiam, dubis fidem, & vetustis novitatem adstruere curans, & in unoquoque quid affirmandum, quid improbandum sit ex animi mei sententia citra omnem amoris, & lenoci-

nationis speciem resolvens. Non enim ignoro, tunc mendacis hic penam esse, ut etiam cum vera dicat, ei non credatur, sicuti apud Laert. lib. 3. Arist. tradit, & D. Hieronym. epist. 37. ad Julian. & habetur Eccles. 20. 26. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore disciplinatorum assiduum erit. Et adulatores tunc sibi, & his, quibus arridere cupiunt, necem inferre, ut præter alios optime, & novissimè probat Dom. Regens Valenzuela cons. 99. num. 76. & eleganti carmine ostendit Jacob. Billius Carthus. in Antibolog. sacra, sic iniquens:

Lingua assentatrix vitium loquentis acerbat,
Et delictatum crimine laude ligat,
Nulla sit ut lapsu reparanda cura salutis
Blanditur soniti dum male suasus honor.
Libera sit potius vox correctoris amici,
Serpere ne fibris caeca venena sinat
Nec credens medici verbis fallacibus ager,
Noxia laudare vulnera possit ames.

CAPUT II.

De primo debellationis, & dominationis Indiarum Occidentalium titulo, quem gloriosissimi Hispania Reges ex divina voluntatis concessionem habere posse videntur, à qua omnium Regnorum jura dependent, & quibus illa vaticiniis, & prodigiis fuerint insinuata.

SUMMARIUM.

- 1 Deus omnium rerum est auctor, actor & moderator.
- 2 Deus non solum præstet rebus omnibus, sed interest, & inest.
- 3 Deus omnium Regnorum arbitrium in sua manu habet.
- 4 Regna & Imperia omnia immediatè à Deo proveniunt, & pendent, & plurima jura & auctores, qui de hoc tractant.
- 5 Reges omnes, & Imperatores cur in suis titulis scribant, se Dei gratia regnant.
- 6 Dei gratia se regnare dicunt aliqui Reges & Duces ut ostendant, se nullum alium superiorem in terris agnoscere, & plurimi auctores, qui de hoc tractant.
- 7 Dom. D. Frasco, de Alfaro, Senator Limensis meritisimus, laudatur.
- 8 Regna & Imperia omnia cur Deus caduca, & instabilia esse voluerit.
- 9 Regnum à gente in gentem potest transferre Deus cum causa, & sine causa.
- 10 Regnorum innumeri casus, & mutationes remissè adducuntur & plurimi auctores, qui de hoc agunt, latissime recensentur.
- 11 Gens nulla reperitur, quæ certam suæ originis & regni rationem & successionem reddere possit, præter Hebræam.
- 12 Romanorum Monarchia, sicut alia cecidit, quamvis se æternam futuram jactaret.
- 13 Fortuna adversus imperia, & civitates idem jus habet, quod adversus imperantes.
- 14 Regna suas ætates habent, sicut homines, & internas causas pereunt.
- 15 Mamili Poeta eleganti carmina de imperiorum mutatione.
- 16 Diogenis locus in mutationem rerum.
- 17 Imperiorum & regnorum mutationes & casus, qui Luna & Stellis tribuunt, graviter errant.
- 18 Fati, fortune, & sortis nomine Etrusci, Dei absolutam voluntatem significare volebant.
- 19 Mundi æterna lex est, ut omnia in eo mori, & mutationi sint subjecta.

- 60 Deus solus mortis & mutationis est expers.
- 61 Justi Lipsii elegantissima verba de rerum & regnorum mutationibus exponuntur.
- 62 Hispaniam summum Imperium Orbis habituram Vaticanii in modum proponit Justus Lipsius.
- 63 Hispania Reges titulum dominationis Novi Orbis ex promissione, & concessionem divina habere videntur, & num. 31.
- 64 Rem suam quilibet potest ad alium transferre.
- 65 Deo auctore, & ductore que fiunt, injusta ceteri non possunt.
- 66 Cap. Dominus noster 23. q. 2. expenditur, & illustratur.
- 67 Moyse bella contra Amorrhæos, & alios ex sola divina voluntatis observatione excusant August. Abulenti. & alij, quorum loca expenduntur.
- 68 Sapientia locus, cap. 12. vers. 12. explicatur, & exornatur.
- 69 Deus justè potest omnes gentes etiam innocentes perdere, imò & beatos damnare, si id sibi placeret.
- 70 Deus cur comparatur figulo, & creatura lato ab Isaia, & D. Paulo.
- 71 Verba Abdiæ Propheta.
- 72 Repetitionis, & prolixitatis vitium fugiendum.
- 73 Thoma Bocus recitè admittit concessionem Novi Orbis à Deo Hispania Regibus factam.
- 74 Cantic. cap. 4. de Austro perstante, & aromatibus fluentibus, intelligitur de conversione Indorum.
- 75 Ob zelum Religionis Novus Orbis à Deo concessus.
- 76 Sybillarum carmina à Virgilio relata, commodè de Hispania Regibus applicantur.
- 77 Alanus Copus titulum, quem Reges Hispaniæ in utraque India habent, multum exollit, tamquam à Deo concessum.
- 78 Reges Catholicos Hispania videtur electos, & vocatos à Deo ad reducendum, & gubernandum populos Indorum, sicut olim Moyse ad reducendum, & gubernandum populum Israel, Camil. Borrel. aperit testatur.
- 79 Benedictionem & promissionem dilatationis Imperii sui factam Ecclesiæ à Prophetis, posse etiam intelligi de Regibus Hispaniæ, docet D. Valdesius.
- 80 India Orientalis titulum Regibus Lusitanis ex divina approbatione, & quasi concessionem competere, docet Petr. Rebellus, & idem procedit in Occidente.
- 81 Novi Orbis Imperium, & conversionem Hispaniæ Deum retinere, & concedere voluisse, multis prodigiis, & ostentis prædicitum fuit, & n. 47.
- 82 Regnorum calamitates, & mutationes solet semper Deus prodigiis, & portentis ostendere, quod plurimi exemplis, & auctoribus remissè probatur, & que sit causa, num. 43.
- 83 Calamitatum, & suppliciorum imminentium Deus prius homines monet, ut respiciant.
- 84 Psalm. 59. verus expenditur.
- 85 Ieremie verba cap. 6. & 18. expenduntur.
- 86 Novi Orbis mutatio, & subjectio prænuuntur.
- 87 Evangelij propagationem inter Gentiles faciendam multis vaticiniis, & carminibus Sybillarum Deus prædixit.
- 88 Indi Insule Hispaniæ habuerunt notabile oraculum de Hispanorum adventu.
- 89 Demon sæpè compellitur à Deo veritatem dicere.
- 90 Prodigia, & ostenta plura notanda, quæ Mexicani habuerunt de adventu, & dominatione Hispanorum, & auctores, qui de illis scribunt.
- 91 Mexici prædixit adventum, & dominationem Hispanorum quidam captivus, qui de more sacrificabatur.
- 92 Mexici ante adventum Hispanorum homines armatos, fiebiles voces, cometes, igneos globos, & alia ostenta apparuisse.
- 93 Motezuma Monarcha Imperii Mexicani plura habuit oracula, & ostenta suæ calamitatis, & adventus, & dominationis Hispanorum, & num. 55. & 56. & sequ.
- 94 Idem apparuit indicendo Motezuma destructionem.
- 95 Avis nimis peregrina, & prodigiosa Motezuma adducitur.
- 96 Papania Motezume soror, mortua revixit, & ei suum

interitum, & Hispanorum adventum prænuuntur.

- 58 Quæcalcoati vir prudens, Novæ Hispaniæ incolis, præcis temporibus, Hispanorum adventum & dominationem prædixit.
- 59 Mexicani quatuor sæculis ante adventum Hispanorum illius vaticinium habuerunt, & à majoribus in posterum derivarunt.
- 60 Jucaranenses vaticinium habuerunt, homines Crucis vexillum, & vacas secum afferentes eorum dominaturos.
- 61 Misteca in regione reperitur notabile præsagium adventus, & dominationis Hispanorum à demonibus editum.
- 62 Argentei fluminis in regione Origuata prænuuntur incolis adventum Hispanorum, & novæ religionis prædicationem.
- 63 Vaticanum notabile adventus Hispanorum, quod Rex Tidore, se habuisse, illis significavit.
- 64 Rex insule de Tidore voluntarie imperium suum Hispanis reliquit, se ita à Deo monitum dicens.
- 65 Peruano in Regno multa vaticinia, prodigia, & ostenta Hispanorum adventum, & dominationem prænuuntur, & que illa.
- 66 Mures, & locustæ Peruanis nunquam visæ, in adventu Hispanorum, eos prodigiosè infestantur.
- 67 Potosi montis argentei ditissias Hispani à Deo servari, vox cælitus emissa prædixit.
- 68 Psalm. 64. versus, qui de gentibus signis Dei turbatis loquitur, de Indiæ Novi Orbis accipitur.
- 69 Fortunæ casibus omnia mundi bona, & regna, etiam tunc, cum maxime florent, subjecta esse.

Deus tunc omnium rerum est auctor, & actor, æterna, & provida mens, quæ cœlorum perennes orbis, quæ syderum inæquales cursus, quæ elementorum alternas vires, quæ denique omnes res superas, inferas, temperat, moderatur, gubernat. Spargit quoque verum æterna illa lux suos radios, & uno eodemque, ut ita dicam, lectu, sive nictu, sinus omnes, & abyssos penetrat cœli, terræ, maris. Nec tunc præest solum Divinitas hæc rebus omnibus, sed interest, imò inest, res omnes inspicit, adit, cognoscit, & cognitas, immota quadam, & ignota nobis serie dirigit, ac gubernat, ut præclarè scripserunt Just. Lips. lib. 1. de constant. cap. 13.

Quo fit, ut pariter in sua voluntate, & potestate habeat tunc omnium Regnorum, & Imperiorum arbitrium, & distributionem, tunc nullusque temporalis status, aut principatus reperitur, qui à Deo auctore naturæ immediatè non proveniat, atque dependeat, licet ipsi Principes, & Monarchæ mediante humana voluntate, & institutione ad eorum fastigia provehantur, ut habetur 1. ad Roman. 13. Tim. 3. Proverb. 8. & egregiè prob. lib. 1. l. inter claras, C. de summ. Trinit. l. 1. C. de veter. jur. enuc. in princ. l. ult. C. de quad. præscript. cum aliis, D. August. in cap. quo jure, 1. distinct. cap. Constantinus, cap. duo sunt, cap. Si Imperator 96. distinct. cap. si ex bono de pen. distinct. 4. D. Chrysostom. hom. 23. in di. Epistol. ad Roman. l. 5. 6. & 7. tit. 1. part. 2. D. Thom. lib. 1. de regim. Princ. Dom. Soto lib. 4. de just. & jur. quest. 4. art. 1. Did. Perez in præmio ordin. nam. col. 7. Menchac. in præfat. controuv. illustr. num. 119. & 139. Covarr. in præf. cap. 1. Mich. Salon. de just. & jur. tom. 1. tract. de Dom. q. 2. art. 1. concl. 2. Omphal. de civili Polit. lib. 2. cap. 1. num. 1. & plurimi alij relati à Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 17. num. 2. vers. Pudentis: Ceval. in præf. lib. 4. quest. fin. ex n. 237. P. M. Fr. Ant. Pe-

Perez in *Laurea Salmantina, certamine 5. exposit. de hom. prefict. pag. 296. & seqq.* P. Franc. Suarez omnino videndo in *defens. contra sect. Anglican. lib. 3. cap. 2. num. 10. & seqq.* & Petr. Andraea Canonherio in *Aphorism. Hippocrat. polit. 1. tom. pag. 1. & 2.*

5 Qua de causa omnes bene cordati Reges, & Imperatores suorum titulorum initio, se Dei gratia regna, quibus possunt, habere, pie & humiliter profiteri solent. Quamvis aliqui & ambrosiosius, simul etiam sub hac praefatione ostendere vellint, nullum alium in terris superiorem agnoscere; ut constat ex iis, quae late notant Castel. & Burg. de Paz in *proem. leg. Taur. in 30. Greg. Lop. & ejus additionat. Bart. Humada in proem. part. glos. 7. Paris de Puteo in tract. de Duell. lib. 7. §. an Comes, num. fin. Redin. de majest. Princip. in princip. n. 22. Chasan. in proem. ad consuet. Burg. verb. Par la grace: Franc. Marc. decis. 163. num. 1. p. 1. Petr. Foller. in tract. de censib. fol. 15. num. 8. cum seqq. Carol. Tap. de const. Princ. in rub. num. 3. Ant. Scappus de jure non script. lib. 2. cap. 2. ex num. 3. Menoch. cons. 2. num. 104. Anastas. Germon. de Indul. Apost. in initio, fol. 30. Camill. Borrell. de praest. Reg. Cathol. cap. 2. Ceval. ubi supr. n. 267. & novissime alios citans Caldas Pereira in tract. de empt. & vend. cap. 1. num. 4. Et illustris pariter, atque eruditus Dom. D. Francisc. de Alfaro hujus Limani Conventus Senator meritissimus, mihi quae semper ob justitiam zelum, tuendorum Indorum ardorem, probatissimos, & incorruptissimos mores, & alios necessitudinis, & familiaritatis titulos plurimum observandus, in suo eleganti tract. de offic. Fiscal. glos. 2.*

8 Et ad hanc supremam potestatem ostendendam eadem Dei providentia disponit, ut Regna & Imperia ipsa caduca, & instabilia sint, & sub perpetua quadam mutatione, & volubilitate constituta, ne a nobis ipsis stare, ac perdurare in scripti semper dignitate existimaremur, sed ut standi, ita & cadendi, resurgendique factum, ex ejus nutu, & voluntate pendere, & quae cum causa & sine causa, illa ab aliis ad alios, & de gente in gentem transferre potest, & solet, ut aperte docemur Eccles. c. 10. Dan. cap. 2. vers. 21. ibi: Deus mutat tempora, & atates, transfert regna atque constituit; & cap. 4. ibi: Dominatur excelsus in Regno hominum, & cuiuscumque voluerit, dabit illud. Sap. cap. 7. vers. 27. ibi: Omnia innovat, 2. ad Corinth. cap. 6. ibi: Regnum a gente transfer-

10 tur, & innumeris exemplis & ex Sacra Scriptura, quatuor Orbis Monarchiis, & in omni antiquitate petitis, ostendunt, & illustrent Doctores per text. ibi, in cap. translatio de constit. cap. per venerabilem 34. de elect. auth. de non alien. rebus Eccles. §. ut autem: Cicer. lib. 1. offic. elegantissime Ovid. lib. 15. Metamorph. Propert. lib. 2. eleg. 9. Plutarch. in paralel. & apophthegm. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 7. lib. 6. cap. 9. Tacit. lib. 6. annal. Ammian. Marcell. lib. 14. Trog. Pomp. lib. 44. Luc. Flor. lib. 2. cap. 19. Polyb. lib. 8. histor. Paul. Aemil. in Dione: Auson. epigram. 8. & in Lud. Sep. Sapient. in Solone: Tzetzes Chil. 4. Boccac. de casibus Princip. & plurimos alios referens Petr. Gregor. lib. 18. Syntagm. cap. 1. & lib. 21. de Rep. per tot. & lib. 6. cap. 3. n. 10. & in syntax.

art. mirab. lib. 22. cap. 4. Menchac. lib. 1. quaes. illustr. cap. 20. num. 34. Balduin. qui eleganter loquitur in §. item ea, qua ex hostibus, inst. de ver. divis. Thom. Boc. Eugubin. de sign. Eccles. Dei, lib. 24. cap. 3. cum tribus sequentibus, & latius in praetermissis cap. 5. ex pag. 627. & in integris octo libris, quos de ruinis gentium & Regnorum scripsit, Theatr. vitae humanae vol. 3. lib. 4. pag. 734. & seq. Anton. Posevin. in Biblioth. lib. 2. cap. 92. ubi ait omnes mundi nationes, & omniaque regna saepe mutata fuisse, ita ut nulla ferè gens inventatur praeter Hebraeam, quae certam sui originis rationem, suorumve regnorum successionem tradere valeat, docet & copiose Fr. Thom. à Maluend. lib. 1. de Antichrist. cap. 4. & lib. 4. ex cap. 8. ad 16. Ubi inter alias & Monarchias, quae pessumierunt, etiam Romanam constituit, quamvis stabilitatis, ac diuturnitatis suae plura testimonia, & vaticinia jactaverit, & se aeternam appellare ausa fuerit. Laes. Bisciol. lib. 1. horarum subestivar. cap. 1. Petr. Faber lib. 1. semest. cap. 8. & 9. Ubi eleganter probat, & fortunam adversus urbes, & imperia idem jus habere, quod adversus imperantes. Vald. de dignit. Reg. Hispan. cap. 12. num. 9. Simon. Majol. in dieb. canonicul. tom. 2. colloq. 2. ex pag. 104. & tom. 3. colloq. 2. pag. 338. & sequentibus: Martin. Delr. in adag. sacr. 2. tom. adag. 286. pag. 55. Fr. Joan. Torquemada qui in nostris terminis loquitur in Monarch. Indiar. lib. 4. cap. 10. & novissime Petr. Andr. Canonher. in d. 1. tom. Aphor. Polit. Hippocrat. pag. 593. ubi post plures, quos refert, & comparat Regna & Regnorum status, cum aetatibus hominum, & ortum, infantiam, adolescentiam, juventutem, utilitatem, senectutem, & interitum habere, luculenter ostendit. Quod insinuavit etiam Just. Lips. in centur. 3. ad Belgas, epist. 31. dicens: Magna Imperia limites suos habent, quo cum venerunt, istunt, retroeunt, ruunt; & melius lib. 1. de constant. cap. 15. Ut ferro consumens quaedam rubigo per naturam adgnata est, ligno excedens caries, aut teredo, sic animalibus oppidis, Regnis interna, & sua cause preundi. Sic adeo omnia verti, ut Poeta ille eleganter scripsit:

Cernimus atque alias assumere robora gentes,
Concidere has.

Et elegantius & Manil. lib. 1. Astron. sic istos Reg-
norum casus, & vicissitudines canens, vel ut verius dixerim, lugens:

Quot post excidium Trojae sunt eruta Regna?
Quot capti populi? quousque fortuna per Orbem
Servitium Imperiumque tulit, varisque revertit?
Trojanos cineres in quantum oblitus refecit
Imperium, satis Asia jam Graecia pressa est.
Secula dinumerare piget, quotiesque recurrens.
Lustraret mundum vario Sol igneus Orbe:
Omnia mortali mutantur lege creata.
Nec te cognoscent terrae ventibus annis
Esuras varias faciem per secula gentes.

Atque huc etiam spectat & Diogenis jocus re-
16 latus à Laertio lib. 6. rogatus enim, quomodo sepeliri vellet, in faciem inquit: Percontanti causam quoniam, paulò post futurum est, ut inferiora fiant superiora; eò alludens, quod in temporis Macedones rerum potirentur, atque ex humilibus fierent excelsi. Quod si inverterentur om-

omnia, fore, ut cadaver etiam ex prono fieret supinum.

17 Unde apparet, & graviter errare eos, qui harum mutationum, & variationum causas ad coelestes circuitus, qui intra Lunam sunt, referendas putarunt, ut ex Plat. & Socrat. resolvit Arist. lib. 5. Polit. cap. 12. vel ad aliarum stellarum decreta, ut tenet Ptolom. lib. 1. quadripart. oper. cap. 2. & Peucer. in lib. de divin. gent. Est enim verius ex divina, ut diximus, voluntate & providentia pendere, atque ordinari & quam naturae fortunae, sortis, sive fati nomine Ethnici designabant, ut docet idem Arist. lib. de mundo, in fin. Arnob. lib. 2. advers. gent. D. August. & ejus additio. Lud. Vives lib. 5. de civit. Dei, cap. 9. & eruditè prosequitur P. Greg. lib. 1. de Repub. c. 3. Marc. Anton. Murer. omnino legendus, in orat. de fato apud Senecam, pag. 279. & Just. Lips. lib. 1. de constant. cap. 17. & 18. & sic est explicandus Manil. lib. 4. Astron. dum ait:

Fata regunt Orbem, certa stant omnia lege,
Longaque per certos signantur tempora cursus.
Lucan. lib. 1. Pharsal.

Invola fatorum series summisque negata,
Sistere diu, nimioque graves sub pondere lapsus.

Et Seneca in Octavio:

Regitur fati mortale genus,
Nec sibi quisquam spondere potest.
Firmum & stabile: perque carus
Voluitur variis semper nobis
Molenda dies.

19 Altera & quippe lex, ut inquit Just. Lips. d. lib. 1. de constant. cap. 16. à principio, dicta est omni huic mundo, nasci, denasci, oriri, abortiri, nec quidquam stabile, aut firmum arbitri ille rerum esse voluit, praeter ipsum, & cui soli, ut Sophocles dixit:

Namquam senectus, dira nec mors imminet
Sed alia miteci dominor atas omnia.

21 Sed audiamus & eundem Just. Lips. in eod. cap. post a. i. quae in hanc rem graviter, & philosophice considerat, sic concludit: Omnia, & nunquam comprehensa necessitatis lex! abeunt omnia in bene nascendi pereundique fatalem gyrum, & longevum aliquid in hac machina est, nihil aeternum, Attolle, & circumfer mecum oculos, & vide rerum humanarum alternas vices, & ut in Oceano estus. Tu surge, tu cade. Tu impera, tu servi. Tu occultare, tu emerge, & eat hic verum in se remeantium orbis, quamdiu erit ipse Orbis. Germani feri olim fuistis? nunc mitescite ante plerosque populos Europae. Britanni inculci, & inopes? Deliciti, ac delicitiis Aegyptios provocate & Sybaritas. Graecia olim floruit, nunc jaceat. Italia sceptrum tenuit, nunc serviat. Vos Gothi, vos Vandali, vos Fex Barbarorum prodite è latebris, & gentibus imperate per vices. Aedite etiam pelliti vos Scythae, & potenti manu paulisper habenas temperate Asia, atque Europae. Sed isti ipsi mox discedite, & sceptrum relinquire illi ad Oceanum genti, fallor enim? an Solem nescio, quem novi Imperii surgentem video 22 ab Occidente. Haecenus Just. Lips. qui & hoc vaticinium dominationis gentis ad Occidentem sitae, quod de Hispanis intelligendum videtur, serio etiam repetit lib. 1. de magn. Rom. cap. 3. sic inquit: Nescio, quo providentia decretores, & Tom. I. de Indiar. jure.

vigor ab Oriente in Occasum eunt.

Hac cum ita se habeant, & nemo planè dubitare poterit, pios, & Catholicos Hispanorum Reges, & dominos nostros, justum, & legitimum titulum ad inquirendos, convertendos, & gubernandos Novi Orbis Indos habuisse, & habere, si id sibi summi, atque omnipotentis Dei permissione, imò & promissione injunctum, & concessum ostenderimus. Nihil etenim tam & convenienter est naturali aequitati, quam voluntatem Domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi, l. qua ratione 9. §. he quoque res, ff. de adq. rer. dom. l. in re mandata, C. mandat. §. per traditionem, inst. de rer. divis. Et ea, & quae Deo auctore, & veluti ductore sunt, nullo pacto possunt, aut debent iniqua, aut injusta censeri, ut praclare inquit D. Aug. lib. 3. de lib. arbitri. c. 5. & lib. 6. contra advers. leg. & Proph. c. 14. & magis in nostrae questionis proposito lib. 6. quest. 10. relatus & in cap. Dominus noster 23. quest. 2. sic scribens: Illud genus belli sine dubitatione justum est, quod Deus praecipit, apud quem non est iniquitas, & novit, quid cuique fieri debeat, in quo bello ductor exercitus, vel ipse populus, non tam auctor belli, quam minister judicandus est. Qua etiam & ratione bella per Moysen gesta, quae Faustus Manichaeus accusabat, idem Aug. defendit lib. 22. contra Faust. cap. 74. his verbis: Nec bella per Moysen gesta miretur, aut horreat, quia in illis Divina sequitur imperia, non saeviens, sed obediens fuit. Nec Deus cum jubebat ista, saeviebat, sed digna dignis retribuebat, dignosque terrebant.

Et sequitur Abulens. sup. Num. c. 21. & sup. Josue cap. 11. ubi tractans, quo jure potuit Moyses Amorrhaeorum terras invadere, voluntatis Divinae titulum dumtaxat considerat: Cujus, inquit, in manibus omnium Regnorum jura consistunt, & tamquam omnium Dominus ab aliis auferre, & aliis dare pro libito potest. Et postea subdit, quod quamvis Amorrhaei se, & sua defendendo non peccarent, quia invincibili ignorantia voluntatis Divinae merito excusabantur, Israëliticus etiam populus nullum crimen in illis debellandis & spoliandis admittebat, cum Dei voluntatem impleteret, quam ob transitum sibi negatum, & alio quovis colore quaesito, justissime exequi potuit.

Eandem sententiam apertius comprobat & illud Sapient. 12. vers. 12. Aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? Ubi rectè advertebat eruditissimus P. Joan. Lorin. & posse justè Deum, gentes, quas ipse fecit, perdere, cum mereantur posse id ipsum quoque licet nulla praecederent demerita, vel hoc nomine dumtaxat: imò si beatos omnes, nullo excepto, aut ad aeternas delectarent potnas, aut redigeret in nihilum, nullam iis injuriam faceret.

Michaël quoque Salon in 2. 2. tract. de domin. q. 2. art. 1. conclus. 2. in fin. ex eodem loco concludit, Deum esse Dominum absolutum, posseque rebus pro libito uti, naturas mutare, destruere, annihilare, & quocumque voluerit, vertere, nullamque alicui facere injuriam, si vel & redigere cuncta creata, aut occidere innocentes; & hac nimirum de causa & Isai, & D. Pauli Deum & figulo, & creaturas luto optimè comparasse; po-

potest enim figulus ex luto facere quicquid sibi placuerit.

Porrò Deum Opt. Max. hoc Novi Orbis Imperium, ejusque detectionem & conversionem 31 ↑ Hispanis Regibus designasse & concessisse, in quo præcipua hujus capitis argumentatio consistit, non obscure ostendere videtur Abdias Propheta, cap. unic. dum dixit Hispania gentes civitates Austri possessuras, juxta ejus expositiones & translationes, quas latè tradidimus supra lib. 1. cap. 15. ex num. 29. ubi etiam per totum illud caput plurimis aliis sacrorum Prophetarum vaticiniis, & gravissimorum auctorum testimoniis eandem prædictionem luculenter adstruximus, quæ omnia hic non incongruè perpendi possent, 32 nisi repetitionis ↑ & proluxuratis vitium veremur, & in illud quod Juvenal. satyr. 7. scribit incidere:

Nam quæcumque sedes modo legerat, hæc eadem stans, Proferre, atque eadem cantabit versibus isidem, Occidit miseris Crambe repetita magistris.

De quo Erasmus, sive Paul. Manut. in Adagio Crambe bis posita mors, pag. mibi 207.

Quæ vaticinia latè congerens, ↑ & exponens Thom. Boc. de sign. Eccles. Dei, lib. 4. cap. 1. & seqq. & lib. 20. cap. 1. & 3. securè probat populos, qui in illis ad Ecclesiam adducendi dicuntur, eos esse, qui ex Orbe Novo Indiarum, sive Orientalium, sive Occidentalium hodiè Pontifici Romano parent, atque humero uno, ut Sophontias inquit, Deo serviunt, & Hispanos nostros esse illas nubes, & columbas, quæ divinitus missæ volarunt, ut ex insulis longinquis filios novos ad Deum adducerent, & simul Divini Tabernaculi, & sui Principatus pelles, tentoria, sive fines extenderent, & plurima copia auri, & argenti potirentur, quæ ex his Orbis Novi regionibus, & Antipodum locis adducitur.

Et in eod. lib. 4. cap. 6. alias Prophetias ad 34 idem adducit, & tandem concludit ↑ illud Cantic. 4. Surge Aquilo, & veni Austere, perfusa hortum meum, & fluent aromata, significare eos omnes, qui ex Indiis, sive Orientalibus, sive Occidentalibus Christi doctrinam sequuntur, & Hispanorum Regum cura instar aromatum benè olementium cunctos Christianos intima voluptatis suavitate, cæteros autem jucundissimo exempli oprimi odore perfundunt.

Et lib. 2. de imper. virt. advers. Machiavel. 35 cap. 12. in fin. hanc ↑ tanti Orbis concessionem Hispaniæ Regibus à Deo factam affirmat, quod veris, & non simulatis virtutibus religionem colerent, & Pontifici Romano obsequentes, Crucis, heroicæ, germanasque virtutes designantis, vexillum divinitus acceperunt. Quod est signum, quod in nationibus procul elevandum prædixit Isaias cap. 5. & 66. ut latius ostendimus d. c. 15. 36 ex num. 43. Atque hoc nimirum ↑ Sybillas insinuas, dum Christum alloquentes, dixerunt:

Aggredere, o magnos aderit jam tempus honores, Cara Deum soboles, magni jovis incrementum: Aspice convexo nuantem pondere mundum Terrasque, tractusque maris, calumque profundum, Aspice, venturo lasientur ut omnia seculo.

Quæ carmina cum Virgil. 1. Eclog. 4. de Au-

gusto Casare acceperit, longè versus & commo- dius ad inclytos nostros Hispaniæ Reges trans- ferre possemus, quibus Dei munere contigit, imperium suum per utrumque Orbem extendere, & ut ille dixit:

Solis in terra domibus negata.

Eandem Dei benignitatem, & concessionem utriusque Indiæ Castellanis, & Lusitanis Regibus factam, optimè considerat, ↑ & extollit 37 Alan. Cop. Dialog. 6. c. 34. pag. 942. & seq. & cap. 36. pag. 951. & 952. dicens, hac de causa eorum titulum splendidissimum censi debere, cum Deus ipse eorum potissimum navibus stupendam, & inauditam fortè hæctenus ad extre- mum usque Orientem, & Occidentem itineris rationem ostenderit, neque ab ullis Christiano- rum, sed infidelium regionibus expugnatis, & à totius navigationis, expeditionis, & maritimi commercii ab Oceano Occidentali ad Indicum, & Australe latissimè patenti dominio amplifica- ri, gloriose concesserit.

Camill. etiam Borrell. de præstant. Reg. Ca- thol. cap. 43. num. 60. aperte testatur, plurimas Prophetias, quas per totum illud caput exponit, huic Novo Orbi per Reges Hispanos converso, & occupato convenire, ↑ & viderique Regem Ca- tholicum tamquam Moses, electum, ad redu- cendos populos Indorum à servitute diaboli, cui hucusque steterunt obstaculi. Eidemque Regi convenienter dici posse verba Isaiæ c. 49. De- ite in fœdus populi mei, ut suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas, & dices iis, qui vincili sunt, exite, & qui in tenebris sunt, revelamini.

Huic quoque sententiæ ↑ subscribit Didac. 39 Valdes de dignit. Reg. Hisp. c. 12. n. 8. fol. 110. ubi Bocium sequutus advertit, ob Fidei zelum & conservationem concessam esse à Deo Regi- bus Hispaniæ hanc tanti Imperii dominationem, & illam multò ante annuntiatam, & promissam per Isaiam cap. 43. & cap. 51. & illa benedictio- ne Ecclesiæ, quæ habetur Psalm. 71. Et domina- bitur à mari usque ad mare, & à summe usque ad terminos Orbis terrarum. Et Psalm. 3. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre.

Deniquè ut alios omittam, ↑ eruditissimus 40 P. Ferdin. Rebelle. de oblig. just. lib. 18. quest. 23. sect. 3. num. 10. pag. 885. quæ questio adjecta est in libris impressis Lugduni ann. 1608. & in aliis desideratur, agens de titulo Regum Lusita- niæ ad acquisitionem, & commercium Indiæ Orientalis, cujus eadem prorsus ratio, & causa est, ac Occidentalibus, de qua nos sermonem habemus, aperte asserit ex Divina approbatione, & quasi concessionem justè sibi illos Reges præfatu- conquisitionis, & commercii titulum ascribere: Idque eos ultra alias rationes humanas, ex sacris Literis probare posse (si modò absit ver- bo invidia) & ad hoc adstruendum adducit, & latè exponit illum locum Isaiæ c. 18. Ite Angeli veloces, &c. de quo, & aliis plurimis. Nos ple- nitus locuti sumus d. c. 15. ex n. 29.

Sed, & præter sacre Scripturæ Oracula, qui- bus ut diè. cap. ostendimus, hanc Novi Orbis inventionem, conversionem, & subactionem Deus 41 Opr.

Opr. Max. Hispanis promississe, & preparasse videtur, asseri ↑ quoque possunt alia non contem- menda prodigia & vaticinia, quæ eandem summi rerum, & regnorum omnium parentis, ac Domini voluntatem, & dispositionem, manife- stis quodammodo signis demonstrasse videntur.

Solet ↑ quippe Deus, cum aliqui novi, dirî, vel adversi alicui Regno vel nationi, aut eorum Regibus, & Principibus imminet, portentis, & prodigiis id futurum ostendere, venturasque mu- tationes & calamitates nuntiis, prophetiis, mi- nisque cælestibus revelare, ut in excidio Ægyp- ti sub Pharaone apparet Ecod. & Sap. 7. & in diluvio Noè, Genes. 6. & 7. & in eversione Per- sici Imperii, & aliarum Monarchiarum, Dan. ca- pit. 8. & in adventu Antichristi, 2. Machab. 5. & in aliis innumeris exemplis, quæ ex sacris, & prophanis historiis latè commemorat Joseph. de bell. Ind. lib. 7. c. 12. Paul. Oros. Paul. Diacon. de gestis Longob. lib. 4. cap. 4. Euseb. Casariens. lib. 9. demonstr. Evang. c. 1. & de histor. Eccles. lib. 1. Alexand. ab Alexand. & ejus addition. Ti- raquel. lib. 2. Genial. cap. 31. ad med. & lib. 3. c. 15. per tot. Theatr. vit. human. vol. 5. lib. 4. pag. 1479. cum multis seqq. Petr. Gregor. lib. 21. de Republ. c. 3. ex num. 37. Richard. Dinotus. de dièis & fact. memorab. lib. 6. cap. 3. Baptist. Fulgos. lib. 1. memorab. cap. 4. de prodig. Simon Majol. in dièb. Cantic. 2. tom. colloq. 2. ex pag. 19. & 4. tom. colloq. 4. pag. 269. Thomas Boc. de sign. Eccles. Dei, lib. 24. cap. 5. pag. 603. & pas- sim in libris de ruinis Gentium; præcipuè lib. 4. cap. 1. Fr. Ludovic. Granatens. loquens de signis excidii Jerosolym. in Symbolo Fidei, part. 4. cap. 14. pag. 490. & de hoc ipso Novo Orbe tractans: Acost. lib. 7. histor. Ind. cap. 23. Henric. Mart. in Repertor. Mexicano, tract. 2. cap. 24. pag. 119. & Fr. Joan. à Torquemada in Monarch. Indian. lib. 2. cap. 90. & alii, quos sta- tim referemus. Et plura congerens novissimus Pet. Andr. Canonher. in aphor. Polit. Hippocr. 1. tom. lib. 2. Aphorism. 5. pag. 609.

Cujus ↑ rei causam licet quidam auctor, ab eodem Canonherio relatus se ignorare fateatur Manil. tamen lib. 2. Astron. de Cometis lo- quens, Dei miserationi eleganter attribuit:

Sive Deus istam is fati miseratus in Orbem Signa per effectus calique incendia mittit.

Et idem sentiunt alii ex supra citatis, neque enim ↑ populum ferire, antequam moneat, in- tendit, & quos punire parat, his veluti minis pro sua pietate ad penitentiam, & respiscenciam hortatur, ↑ juxta illud Psalm. 59. Dedisti metuen- 45 tibus te signa, ut fugiant à facie arcus. Et ↑ Je- rem. cap. 6. & 18. Repente loquar adversus gen- tem, & adversus Regnum, & eradicem, & des- truaum, & disperdam illud. Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum adversus eam: agam, & ego panitentiam super malo quod cogitavi, ut facerem ei.

Eodem igitur ↑ modo, & ratione Deus hanc mutationem, & subjectionem Imperii Novi Or- bis, & conversionem per Hispanos faciendam prænuntiasset, ut diximus, reperitur quemadmo- dum ↑ & olim Christianæ Fidei, & Evangelii 48 propagationem inter Gentiles multis Sacre Scri- Tom. I. de Ind. jure.

pturæ locis, Sibyllarum carminibus, & aliis por- tentis insinuavit, quæ passim Justin. Martyr. La- ctant. Firmian. Athenagor. Arnob. Clemens Alex. & Thom. Boc. suis libris interserunt. Ete- nim paulò ↑ antequam Hispani de India cogita- 49 rent, & in insulam Hispaniolam, sive S. Domi- nici pervenissent, Rex ejus Guarionex Idolum Zemi consuluit, jejuniò quinque dierum religio- sè observato flagellis etiam laceratus, quid de Regno suo post ejus obitum futurum esset.

Respondit autem demum (qui à Deo verita- tem ↑ dicere sæpè compellitur, ut apparet Math. 50 7. Luc. 4. Actor. 16. & alibi passim) homines bar- batos, & vestitos ex Hispaniæ oris venturos, co- que potituros, & novum Deum, novamque reli- gionem introducturos. Quod oraculum Rex ad placandum numen carmine comprehendit, & festis diebus præsertim tristibus, cum solemnî cæ- remonia cantari jussit. Quapropter multi incolam, ubi primum Hispanos adventantes viderunt, fuga sibi consuluerunt oraculi memoria, ut narrat Petr. Zieza 2. tom. rer. Indiar. cap. 23. Gom. in histor. Indiar. 1. part. fol. 18. Petr. Martyr. de Angler. in decad. Novi Orb. lib. 10. Hieronym. Benzon. lib. 1. hist. Novi Orbis, c. 8. pag. 35. Mores gent. lib. 3. cap. 8. Theatr. vitæ humana, vol. 5. lib. 4. pag. 1468. & 1479. Petr. Gregor. d. cap. 3. num. 41. Anton. Her. in Hist. gener. Ind. decad. 1. lib. 3. cap. 4. Fr. Alphons. Fernand. in hist. Ecclesiast. nostri temp. lib. 1. cap. 2. pag. 18. & Fr. Joan. à Torquem. in Mo- narch. Ind. lib. 18. cap. 7.

Mexici ↑ quoque & Tascalæ plura monstra, 51 & ostenta circa Hispanorum adventum appa- ruisse, latè recensent Joseph. Acost. d. lib. 7. de hist. Ind. cap. 23. & seqq. Henric. Martin. diè. tract. 2. pag. 125. & seqq. Rutil. Benz. de anno Jubil. lib. 1. cap. 10. pag. 53. Joan. Boter. in res- lat. univers. 4. part. lib. 2. pag. 35. & seqq. An- ton. de Herrera in d. hist. gener. Ind. decad. 2. lib. 6. cap. 15. & decad. 3. lib. 2. cap. 8. & 9. & latissimè Fr. Joan. à Torquemada in d. Monarch. Ind. lib. 2. cap. 90. & seq. Ultra eos Cardan. lib. 13. de variet. rerum, cap. 78. Theatr. vitæ humana d. vol. 5. lib. 4. pag. 1484. & Thom. Boc. lib. 5. de signis Eccles. cap. 2. pag. 157.

Inter quæ illud valdè notabile est ↑ Mexici 52 nempe, ante invasionem per Hispanos factam, cap- tivo qui de more demonibus sacrificandus, ubertim flebat, Deumque cæli invocabat, asti- tisse quemdam, qui hortatus est eum, ne ad eò mortem formidaret. Deum misertum ejus esse, annuntiaret Sacerdotibus brevi desitutum hoc genus sacrificii, venire jam eos, qui terram essent mundaturi. Sacrificaverunt illum eo loco, ubi nunc damnati suspenduntur, eoque ante excidium urbis initium accepit, nam tertio post capta est. Notata autem fuere diligenter verba hæc: cum- que Mexicani ab Hispanis videri, Angelos more Christiano pictos viderent, dixerunt, talem fuisse, qui à damnato visus esset.

Idem etiam auctores ubi supra recensent eod- dem tempore ↑ Mexici per aërem visas fuisse ho- 53 minum armatorum Hispanis simillimum efigies, eoque factum, ut publica voce Regnum ab his evertendum prædicaretur. Apparuisse quoque ex Orientis parte, ubi condita est Colonia Hispano- rum,

tum, *Veneremur* dicta, flammam igneam ascendentem, & hominem, qui capite cœlum attingere videbatur, quod non parum eos perterritur. Præsertim cum eodem tempore duo præcipua majorum idolorum templa subito conflagrasset, & à mari pluribus diebus exorientem lucem, sive cometem, duabus horis ante diem conspicerent, qui cum cœli medium obtinisset, subito evanescebat.

Tertio etiam ante captam Mexicum anno, mare intundasse, commemorant, effusis maximis piscibus, & lacum juxta Mexicum positum ebullire, vocem etiam quasi mulieris lamentantis aliquoties insonuisse, cum gravi fletu dicentis: *Heu filii mei, vestrum jam ante fores exitum, quoniam vos agere? ubi vos misera recondere poterò, ne ita cito universim pereatis?*

54 Motezuma t quoque hujus Mexicani imperii Monarchia, plura alia auguria, vaticinia, & ostenta contigisse, quibus aperte Deus indicabat, se eum punire velle, & imperium illius in Hispanos transferre, latè auctores *suprà* dicti recensent, præcipue Acost. *d. cap. 23.* Herter. *d. cap. 9.* & Torquemad. *d. cap. 90.* & *lib. 18. cap. 7.* Inter quæ illud valde memorabile est, Agricolam quemdam seminari intentum, repente ab ingenti aquila per aëra raptum, & in speluncam, sive antrum quoddam perductum, ejusdem aquilæ vocem audivisse, dicentis: Potentissime Domine, en ad te deruli quem jussisti, nec vidisse agricolam cum quo loqueretur, vocem tamen se compellanrem audiisse, quæ eum rogabat, an hominem ibi humi facentem agnosceret? Tunc verò se oculos quoquo versus contorquentem, hominem Regia veste indutum, solo tensus, porrectumque vidisse, qui gravi sopore oppressus pastillum, seu fasciculum fragrantem ellychniorum manu premebat, & sumentem odoriferum, prout Indis in more est, naribus admovebat. Quem tunc attentius conspexisset Motezumam esse cognovit, vocemque iterum dixisse: Vide, quam vocis & supinus jaceat & dormiat, laborum & arumnarum, quæ brevi ipsam manent oblitus, atque securus. Tempus tamen jam est, ut superbi fastus ac tyrannidis suæ poenas accipiat, & reliqua peccata, quæ in Divinæ Majestatis offensionem commisit, abundè luat, & expiet. Ut autem testari possis quam alè & securè dormiat, nihil horum sentiens, aut timens, ardentem ellychnium è manibus ejus evelle, & illud ejusdem formori applica. Cumque rusticus ob Regis metum & reverentiam id facere recusaret, vocem denuò clamasse: Nihil metuas, ego enim Motezuma longè superior & potentior sum, quem vel delere, vel servare mei arbitrii est, & te ipsum destruere possum, nisi mandata mea illico exequaris. Quo audito ignem formori Regis admovit, nihil planè sentientis, nec quoquam se moventis. Tunc verò vocem dixisse, ut quando Regis veterum, sive lethargum agnosceret, eum domi conveniret, & à somno excitatum, ipsi omnia, quæ viderat, sigillatim enarraret. Hisce dictis, jubente Donalino, ictu oculi ab aquila in eundem locum, ex quo asportatus fuerat, reductum esse, indeque Regem adisse, & suo ordine omnia, quæ viderat & audierat, enarrasse. Qui his auditis, suum formur inspicens, & recentis ignis ulcera, sive stigma

ra ibidem inusta deprehendens, tristes admodum & confusus novo illo & admirando prodigio remansit.

Rursus, t cum jam insignis ille Dux Ferdinandus Cortesius cum suis militibus prope Mexicum pervenisset, Motezuma ejus aditum interesse cupiens, plurimos ex suis Magis & ariolis congregavit, ut Cortesio obviam euntes, eum vi non possent, saltim maleficiis, & carminibus exitium inferrent. Quibus ad hoc in montem ascendentibus, unum ex idolis, quod præcipue colebant, apparuit: Et quo tenditis? inquit, quidve Motezuma vestris carminibus curat? serò jam poenitentiam ager, decretum est quippe, ut Regno, & bonis omnibus, atque adeo vita etiam privetur, ob scelera, & tyrannidem, quibus subditos oppressit, atque vexavit. Et ut intelligaris, quid de Mexici urbe futurum sit, in illam inspicite. Cumque ita fecissent, illam indiq; conflagrantem viderunt. Quo facto demon ab oculis eorum evanuit, Ipsi autem ad Morezuman reversi, quæ acciderant, enarrarunt, qui inde tantam animo tristitiam, & dolorem concepit, ut per multum temporis vocem edere non valuerit.

Piscatores t Graus lacus Mexicani avem in eo 56 namquam visam Graus magnitudinis, specie tamen omnino peregrina, & ignota comprehendunt, quam Motezuma oblatam, eum tristorem reddiderunt. Habebat namque monstrum, & infantum hoc animal supra caput concham quandam, quæ perlicidi, & transparentis speculi vicem exhibebat. In qua Motezuma media die luce pulchritudinem cœli, ac universas ejus stellas, & astra cum stupenda admiratione primo conspexit, & postea iterum idem speculum inspectans, illud stellis penitus orbem vidit, & grandem exercitum, veluti ab Oriente surgentem, & fortiter contra Indos pugnantem, contuitus est. Quod cum ipse fusus valde perciperet, ariolos suos, & veneficos vocandos, & consulendos putavit, qui eundem quod Rex, & eum eadem admiratione conspicerent, nullam tamen rationem tanti ostenti reddere poterunt, neque quid esset, aut significaret, exponere. Avis autem illa his visis, ab eorum oculis magna Motezumæ contristatione disparuit.

His addit Torquemada *d. lib. 2. cap. 91.* notabilem historiam t de Papiana, ejusdem Motezumæ sorore, quæ mortua, & sepulta revixit, & à multis visa, fratrem ad se accessit jussu, plura de Hispanorum adventu, & Regni sui interfectione comonuit.

Alia quoque portenta congressit Fr. Hieronym. Roman. in 3. part. *suarum rerum public. lib. 1. de Repub. Ind. cap. 2. fol. 128.* Inter quæ tradit, t Nova Hispania incolæ summa veneratione priscis temporibus hominem coluisse, cui nomen *Quecalcoati*, eo quod prudentia, & reliquis virtutibus plurimum emineret, ejusque auxilio & gubernatione per viginti continuos annos felicitissime usi fuissent. Quibus transactis, cum ab eis discederet, & eo undè venerat, reditum faceret, seriò illis prædixisse, futuris temporibus albos, & vestitos homines, prolisique barbibus utentes, esse venturos, qui eorum dominarentur. Quamobrem cum primum nostros Hispanos conspexerunt, vaticinium sui Semonis imple-

pletum fuisse reputarunt. Et hoc forsitan est, 59 quod scribit Torquemada *d. lib. 2. c. 90.* t Mexicanis nepe quatuor ante Hispanorum adventum seculis illum innotuisse, adeo ut parentes filii hanc veluti prophetiam per manus traderent, & signa, atque effectus ejusdem adventus aperte comonerent.

60 In t Jucatania etiam provincia, ut tradit Herrera *decad. 4. lib. 10. cap. 4. pag. 264.* antiquus quidam Indus nomine *Chilam Cambal* prædixit, Crucis vexillum in eam perventurum, & homines sub illo militantes ejus imperium consecuturos. Et alter vacca depictas in quodam libro reliquit posteris suis tradens, tunc suorum Idolorum cultum immutandum, cum homines in eas regiones penetrasset, qui secum magnos illos cervos portarent.

61 In regione t quoque Mistica circa oppidum *Cuexlavac*, in abrupta, & eminenti adeo rupe, ut impossibilis fermè ad eam hominum ascensus videatur, repertos esse dicunt Hispanos milites satis eleganter depictos, equis insidentes, & antiquo more vestitos, & prope eos ingentem Gallinarum Hispanicarum numerum. Memorant autem indigenæ, picturam illam ibi ab eorum demoniis, quæ tunc pro idolis colebant collocatam, decem, & septem annis antequam Hispani in Illas Provincias pervenissent, quod juxta computationem Torquemadæ *ubi supra*, fuit anno 1501.

62 Quo etiam referente, competimus, in t regione, quæ confinis est cum flumine Argentineo, vulgò *Rio de la Plata*, virum quemdam nomine *Oriaguara*, multis ornatum virtutibus, vaticinatum fuisse, citò illis gentibus novam religionem annuntiamdam esse per extraneos homines, illuc proximè perventuros, atque id quibusdam etiam carminibus expressisse.

63 Sed longè præclarior illud t vaticinium esse videtur, quod ex Maximiliano Transilvano refert Camill. Borell. *de præstan. Reg. Cathol. cap. 43. num. 64.* Petr. Opmeer. *in suo opere Chronog. pag. 455.* Anton. Herrera *decad. 3. lib. 1. cap. 11. pag. 22.* & *lib. 4. cap. 2. pag. 141.* & Barthol. Leonard. de Argensola *in sua histor. Malucar. lib. 1. pag. 4. & 20.* Regem nimirum Insulæ *de Tidore*, ad quem Imperator Carolus V. cum Ferdinando Magallano, & sociis dona quædam cum epistolâ miserat, legatione libenter accepta, & in cœlum suspicientem, dixisse, jam biennium agitur, cum vos à Maximo Rege Regum ad inquirendas has terras dimissis cognovi. Quare adventus vester, tam mihi gratior, jucundiorque est, quanto diutius animi mei dubitatione præcitus. Et cum nihil hujusmodi evenire sciam, quod non jam diu Supernorum decreto statutum sit, t non ero is, qui supernis nitibus adversari molier; sed volens, libensque post hæc, deposito Regio fastu, me tantummodo Regis vestri nomine hujus insulæ procuracionem gerere existimabo.

64 Historiis etiam hujus t Peruani Regni proditum est, *Viracocham Incam* ejus Imperatorem, multis retro annis Hispanorum adventum per somnium, vel oraculum accepisse, & inter ejus posteros hoc per manus traditum esse, quousque *Gualnacap* moriens, & extraneas gentes ad has regiones appulisse sciens, in illis Oraculum

Solis impleri significavit, & testamento comprehendit, ut eis obedientiam, & famulitium præstarent, utpote qui armis, viribus, religione, & prudentia, cæteris nationibus antistarent, & à Sole, ipsorum Incarum parente, ad Imperium illud multis retrò seculis destinari viderentur, ut tradunt Petr. Cieza *lib. 1. hist. Perù, cap. 44.* Gomar. *cap. 115.* & Garcilas. Inca *in sua histor. de Incarnat. orig. lib. 5. c. 28.* & *lib. 9. cap. 14. & 15.* Ubi etiam tradit aliud augurium aquilæ, quæ ab accipitribus insecta, ad pedes ejusdem Guainacapæ in urbe Cuzquensi solemnia Solis festa de more peragentis, implumis ferè, & scabiosa confugit, & brevi tempore expiravit. Quod omnes Arioli, exitium ejus Imperii portendere, interpretari sunt, cito ab exteris hominibus debellandi. Et eodem modo explicuisse diversorum cometarum apparitiones, & tres circulos circa Lunam eo tempore visos, quorum primus sanguineus erat, secundus ceruleus, tertius veluti fumosus, significantes, Regium Incarum sanguinem intestinis bellis inter ipsius Guainacapæ filios fundendum, Regni statum tristes, & ingentes elades, strages, & mutationes passurum, ac tandem omnia fumi instar disparituro.

Eandem t eladem, & vastationem Peruviano-66 rum Indorum significasse ingentem, & numquam illis visum numerum murium, & locustarum, quæ repente in eorum regionibus apparuerunt sub adventu Blasii Nuñez Vela, qui eo à Carolo V. Imp. missus fuerat, auctor est Petr. Ziez. *ubi supra*, ex quo sumpsit Cardan. & Thear. vitæ humanæ, *d. vol. 5. lib. 4. pag. 1470.* qui advertunt, non potuisse hæc animalia, navibus advecta, ita brevè adeo magnam in copiam multiplicari, ut maizum, cannas, arbores, cæteraque sata corroderent.

Mirabilis quoque est alia prædictio, quam ex Hieron. Rom. *ubi supra*, observat. Fr. Basil. Pont. Legionens. 1. part. *var. disp. quest. 8. exposit. cap. 4. pag. 476.* Etenim t cum Indi Peruvia-67 ni vellent celebrem illum montem effodere, cui nomen *Potosi*, & pretiosa argenti metalla, quæ sub eo clauduntur, eruere, vox quædam cœlestis sonuisse narratur, quæ illos ab incepto desistere jussit, & Hispanis eas opes à Deo reservatas admonuit.

Unde non ineptè idem Basil. Psalmum 64. de hac inventione, & conversione Indorum exponens concludit, Versum t ejusdem Psalmi: *Turbabuntur gentes, & timebunt, qui habitant terminos à signis tuis*, sic exponendum, quasi sensus sit, gentes Novi Orbis stupefaciendas esse prodigiorum multitudine, quæ antequam Imperium illarum mutaretur, intervenerunt.

Ut sic appareat, t quam incertis fortunæ ca-69 sibus omnia mundi bona, & Imperia subjaccant, & vel ipsa eorum fructione, & possessione plura amara, & acerba ruina præsagia immisceat solitam esse. Unde Ovid. sic de ea merito canit. *lib. 5. Trist.*

*Passibus ambigit fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxque loco,
Sed modo læta manet, cunctis modo sumit acerbor,
Et tantum constans in levitate sua est.*

Et non minus eleganter Politicus, quidam: *Quod Reg-*

Regnum est, cui non parata sit ruina, & proculcatio, & Dominus, & carnifex? Nec magnis ista intervallis divisa; sed bonæ momentum interest inter solium, & aliena genua.

CAPUT III.

De secundo titulo, qui ex Divino impulsu, & inspiratione colligi potest, qua Deus Hispaniæ Reges, & homines ad hunc Novum Orbem inquirendum, & acquirendum movisse videtur.

SUMMARIUM.

- 1 Reges Hispania ad Novum Orbem inquirendum, & subjugandum divino impulsu, & revelatione duci videntur, Et num. 16.
- 2 Impulsus, inspirationis, sive revolutionis magna est vis, & de plurimis auctoribus, qui hoc latissime tractant.
- 3 Revelatione, aut inspiratione divina mediante que fiunt, non subjacent regulis ordinariis, Et numer. 12.
- 4 D. Paul. ad Rom. 28. & in aliis locis de Divina inspiratione tractantibus expenditur.
- 5 Cap. licet 18. de Regul. & cap. duæ sunt 19. q. 2. expenduntur.
- 6 Facta multa ab hominibus improbari solent, que Dei testimonio approbantur, & laudantur secundam D. August.
- 7 Cap. cum ex in juncto 12. de hæretic. explicatur, Et num. 35.
- 8 Electio Roman. Pontif. & aliorum Prælatorum, qua per inspirationem fit, unde descendat.
- 9 Cap. quia propter, vers. Nisi, de electione exornatur.
- 10 Lex 21. tit. 5. part. 1. explicatur.
- 11 Romani Pontificis in electione, que forma & solemnitas ternari solent observari.
- 12 In inspirationis ratione ordinariæ regula excluduntur.
- 13 Samsonis factum dum se, & Philisthæos in templo occidit, ex divina inspiratione, aut missione à peccato excusatur.
- 14 Moysis factum Ægyptium propria auctoritate occiderit, qualiter à peccato excusetur.
- 15 Phinees cum Zambri interfecit, non peccavit, & quare.
- 16 Novi Orbis Inquisitio divino impulsu formata.
- 17 Henricus Lusitanie infans habuit expressam, & repetitam revelationem, ut navigationem, & conquestionem Indiarum Occidentalium prosequeretur.
- 18 Reges Cathol. Ferdinand. & Elizabeth divina inspiratione, & afflatu tenente detectionem Novi Orbis, plures auctores tradunt, Et num. 29.
- 19 Antonii Posevini gravissima, & elegantissima verba expenduntur, quibus probat inquisitionem & acquisitionem Novi Orbis Divinum impulsum adfuisse, Et num. 20.
- 21 Signa plura, qua ostendunt opus, manum, & impulsivum divinum intervenisse in detectione & conversione Novi Orbis.
- 22 Thomas Bocius, Joan. Boter. Rutil. Benzoni, & alii agnoscunt Spiritus Sancti afflatum in Alexandro VI. dum concessit Indiarum Oriental. & Occidental. conquestionem Regibus Lusitanie & Castellæ magis, quam aliis.
- 23 Christoph. Columbum ad detegendum Novum Orbem divinam spem, impulsu sive inspirationem habuisse, ex testimoniis Bocii, & aliorum late probatur, & quod fuit ad hoc afflatus & electus à Deo.
- 24 Christoph. Columbus, & socii quot, & quantos labores ope divina superaverint in detectione Novi Orbis.
- 25 Christoph. Columb. habuit in somno mirandam visio-

- nem de brevi conspectu terra Novi Orbis.
- 26 Novi Orbis detectionem & acquisitionem divinam fuisse operatam, ex precivis dispositionibus viri gravissimi conflat.
- 27 Rutili Benzoni verba gravissima expenduntur, quibus late probatur divini consilii, & impulsus argumenta in detectione, & conversione Novi Orbis.
- 28 Indorum conversionem quæ apposita, & oportuna Deus ordinaverit tempore Reg. Catholicorum.
- 29 Nauta ille, qui dicitur Colombo notitiam Orbis Novi præstitisse, ab Angelis delatus esse ab aliquibus perhibetur.
- 30 Pat. Mag. Victoria putat, non esse securum titulum divina revelationis, & quare.
- 31 Inspirationes, & missiones, que divine esse creduntur, multoties sunt diabolice, & fallaces.
- 32 Spiritus, juxta Verbum Domini sunt probandi, an à Deo sint.
- 33 Miracula nulla, vel pauca in detectione, acquisitione, & conversione Orbis Novi intervenisse Victoria, & alii putarunt.
- 34 Missiones, & inspirationes, que non confirmantur testimoniis Scripturarum, vel miraculorum, non sunt secure.
- 35 Verba dicit. cap. 2. de hæretic.
- 36 Christus Dominus, D. Paulus, & alii tuam missionem, & prædicationem ex miraculis comprobant.
- 37 Hispanis Novum Orbem querentibus, & convertentibus aliqui cupiditatem, & curiositatem, & damna Indis illata obijciunt.
- 38 Cap. si quis præpropterea, distinct. 50. expenditur.
- 39 Juxta tantum que sunt à Deo mandari, & procedere, credendum est.
- 40 Titulus divini impulsus, sive revelationis in detectione, & conversione Novi Orbis à Victoria impugnacionibus defenditur.
- 41 Inspirationes, & revelationes non sunt respuende, quando circa res graves, sanctas, & utiles interveniunt.
- 42 Deo vocanti, & impellenti reluctari periculosum est, & seq.
- 43 Aristotelis elegans doctrina de cognoscendis divinis impulsibus, & inspirationibus.
- 44 Inspiratio detectionis, & conversionis Novi Orbis non desinitur Scripturæ, & miraculorum auctoritate, et Victoria putavit.
- 45 Vocaciones, & inspirationes divina multis modis contingunt, & confirmantur, neque semper intraculis egent.
- 46 Miracula rara esse debent. Et cur in Novi Orbis conversione pauca intervenierint.
- 47 Indi ad tuam conversionem non tam egent miraculis, quam boni, & prudentibus prædicatoribus.
- 48 Miracula Deus, & plurimum per viros bonos, & sanctos operatur.
- 49 Joan. Boter. sententia.
- 50 Lex 68. tit. 4. part. 1. explicatur.
- 51 Miracula aliquando fiunt à malis, & flagitiosis hominibus, & quare.
- 52 Miracula vera, & proficua nunquam fiunt ab hæreticis, Magicis, & diabolicis, neque fiunt ab Antichristo, sed quedam tantum illusiones, & præstigia.
- 53 Miracula plurima, que jam præcesserunt in filii prædicatione, efficiunt, ut hodie plura passim fieri, necesse non sit.
- 54 Hispanorum gloria, & pietas in detegendo, & convertendo Novo Orbe non obscuratur ex avaritia, & maleficiis aliquorum militum.
- 55 Christiana professio non ideo bona, & divina esse desinit, quod aliqui inter Christianos vitiosi, & peccatores existant.
- 56 Divina sapientia laudatur ob religionem, & alia plura bona, que Novo Orbi ita brevi, & facile communicavit.
- 57 Orbis Novi detectio, & conversio ab Hispanis magis ob zelum religionis, quam ob divitarum cupiditatem operata est.
- 58 Deus sapè solet per media humana, & aliquando hu-

- humilia, & infirma, res magnas & sanctas perficere.
- 60 Deus summa providentia disposuit Hispanorum Regum, & bonium militarium, & religiosorum animos ad conversionem Novi Orbis.
- 61 Homines multoties Dei causam agunt, dum tuam se agere putant.
- 62 Deus ex tenui principio res magnas operari, & deducere solet.
- 63 Hostis ignarus consilium exequitur Dei.
- 64 Deus etiam opera supernaturalia faciens consuetas naturalis leges, quatenus potest, tætuat.
- 65 Miraculum illud magnum excitationis maris Rubri multa naturalia habuit.
- 66 Deus suaviter omnia disposuit.
- 67 Anni tempora cur ita Deus ordinaverit, ut inter Hiemem, & Æstivum, Veris, & Autumni benignitas interveniat.

Sed quoniam non defuturos video scrupulos aliquos Zollos, parum rebus Hispanis affectos, qui Superiorem Divinæ concessionis titulum minus plene, & secure probari contendunt, quamvis tot Sacra Scripturæ, & aliorum auctorum varietis, & testimoniis munitionem, & illustratum remaneat. Addere libet secundo loco titulum alium, qui ex divino impulsu, inspiratione, aut revelatione descendit, que, ubi intervenit, eandem celestis Numinis voluntatem plenissime aperit, & dubio procul Pissimos Hispaniæ Reges, Duces & vassallos ad egregium istud, & omni ævo memorandum Novi Orbis inquirendi, & acquirendi facinus movit.

Primum quod aperte liquet ex iis, que de Divini Imperii potestate, & executione in præcedenti capite diximus, & que de vi, & effectu celestis impulsus, inspirationis, aut revelationis doctæ, & graviter disputant Justin. Martyr ad Orthodox. q. 2. & q. 246. Terull. in Apolog. c. 20. D. August. de consens. Evangelist. ex cap. 28. usque ad finem, & lib. 12. de Civit. Dei, c. 20. D. Chrysostom. homil. 18. in Joann. Berer. lib. 2. de magia & lib. 5. commentar. sup. Daniel. q. 4. Franc. Picus Mirandul. lib. 1. prænot. c. 3. & fin. Thom. Bocius de sign. Eccles. Dei, lib. 6. c. 3. pag. 213. & seqq. Mart. Delr. lib. 4. disquis. magic. c. 1. & 2. a quo habuit Franc. Torrelanca de magia divinæ lib. 1. c. 1. ex num. 30. P. Suarez in D. Thom. part. 3. q. 30. art. 1. disput. 9. sect. 2. & novissime in tract. de fide, disp. 1. sect. 1. n. 3. & disp. 3. sect. 2. & 3. Simo Majol. in dieb. Canicul. tom. 2. colloq. 2. ex pag. 89. Rutil. Benzoni de anno jubil. lib. 6. c. 19. & 25. Fr. Thom. à Jesu de procurat. omni. gent. salut. lib. 3. cap. 3. pag. 131. latissime, & eruditissime Fr. Raphael. de la Torre in 2. 2. tom. 2. q. 95. art. 3. disp. 2. per totam, ex pag. 177. & novissime P. Rosignol. de discipl. Christian. religion. lib. 3. ex c. 14. & P. Fr. Joan. Marq. in gubernat. Christi. c. 25. pag. 129. & seq.

Qui omnes, & alii ab eisdem relati concludunt, quæque his inspirationibus, vel revelationibus mediantibus fiunt non esse ordinariis aliarum rerum legibus, aut regulis æstimanda, juxta illud quod Paulus ad Roman. c. 28. vers. 9. Ubi spiritus Dei est, ibi libertas est: & 1. Timoth. 2. Corinth. 5. ad Hebr. 8. ad Rom. 2. Si spiritu ducimini, non estis sub lege.

Quod in optimo proposito adducit Innocent. III. in cap. licet 18. in princip. de Regular.

& Urban. III. in cap. duæ sunt 19. q. 2. ubi sic eleganter scribit: Dignior est enim lex privata quam publica, spiritus quidem Dei lex est, & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur, & quis est, qui spiritu sancto possit dignè resistere? Quisquis igitur hoc spiritu suo ducitur, etiam Episcopo suo contradicente, erat liber nostra auctoritate. Justo enim lex non est posita, sed ubi spiritus Dei, ubi libertas, et si spiritu ducimini, non estis sub lege.

Idem non minus eleganter tractavit D. August. lib. 4. confess. cap. 9. ubi ait: Multa facta, que hominibus improbanda videntur, testimonio Dei approbata sunt, & multa laudata ab hominibus, Deo teste, damnantur.

Et magis in nostris terminis Innocent. III. in cap. quoniam ex iniquitate 12. de heretic. vers. Quod si forte, loquens de iis qui se officio prædicationis, & conversionis animarum imbuiscunt, scribit, quod sapè tales invisibiliter mittantur à Deo, & si non visibiliter mittantur ab homine, cum invisibilis missio multè sit dignior, quam visibilis, & divina longè melior, quam humana.

Atque hinc descendit usitata illa, & à jure approbata forma eligendi Romanum Pontificem, & alios minores Prælatos, que per inspirationem, vel quasi inspirationem dicitur, de qua loquitur text. in cap. quia propter, vers. Nisi, de elect. ubi Abbas Hostiens. Joan. Andr. & alii, & Oldrad. consil. 155. incip. Qua de forma, optimus text. de jure nostro Regio lib. 21. tit. 5. part. 1. ubi Greg. Lopez ubi: E. esta eleccion viene por mas noble que las otras, porque no hay otro modo de las voluntades de los homines, sino solamente el Espiritu Santo. Tradit Simon Majol. in dieb. Canicul. collog. 6. pagin. 465. Ubi omnia solemnia, que in electione & inauguratione Romani Pontificis observari solent, plene & plane recenseat.

Sunt etiam plurima alia, quæ ejusdem divini impulsus, & inspirationis ratione contra ordinarias juris regulas defenduntur, de quibus late agunt Doctores supra relati, & exemplis ex Sacra Scriptura deductis abundè confirmant. Inter quæ dignissimum relatu videri potest, illud, quod de Samson se ipsum, & populum Philisthæorum simul occidit, habetur Judic. c. 16. & 17. In quo factò committitur Theologorum opinio, illum minime peccasse. Nam tacita quadam Dei inspiratione, & invisibili missione ad id ductus fuisse videtur, ut tradunt D. August. lib. 1. de Civitate Dei, c. 21. D. Ambros. lib. 1. officio. c. 40. D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5. ad 4. & ibi Aragon. & alii, late Soto de just. & jur. lib. 2. quest. 3. artic. 8. & lib. 5. q. 1. artic. 4. ad finem. Plaza de delicias, cap. 23. num. 2. Ludovic. Lup. in instructor. 1. p. c. 65. in fin. Lessius de justit. & jur. lib. 2. c. 9. num. 33. Gomez de Mescua in tractat. de potestate, in seipsum, lib. 1. cap. 8. num. 28. & novissime Francisc. Torrelanca de magia divinæ lib. 4. cap. 31. ubi dicitur: Ubi narratur, propria, & privata quidam auctoritate Ægyptium occidisse, quod Hebræum hominem acerbè vexabat. In quo licet, illum peccasse, expressè affirmet, D. Hieronym. epist. 142. ad Damas. in fine, cui assentitur videtur D. August. lib. 22. const. Faust. c. 70. & D. Thom. 2. 2. q. 64. art. ult. verius tamen esse contrarium, ut